

Inferes primo, cum qui per annum esset legitime impedi- tus a susceptione Eucharistie, teneri nihilominus ad Sacramentalem Confessionem, Unde Tridentinum sess. 14. can. 8. anathemate damnat eos qui dixerint ad Confessionem sacramentalem non teneri omnes et singulos utriusque sexus Christi fideles, iuxta magis Concilii Lateranensis confessionem, semel in anno. Ubi loquitur independentem a precepto Eucharistie, cuius nulla ibi fit mentio.

Inferes secundo, preceptum confessionis annuae, non ita precepto communjonis sacralis esse annexum, ut pro eodem tempore obliget, unde si quis in Natali Domini, aut alio quovis anni tempore confiteatur, precepto Ecclesiastico Confessionis annuae satisfaciatur, postea vero in Paschate, si non habeat conscientiam peccati mortalis, non tenebitur confiteri, sed solum communicare; si vero conscientiam mortalis habeat, tenebitur quidem prius confiteri, quam communicare, ad id tamen non obligabitur ex vi precepti Ecclesiastici confessionis, sed ex vi precepti divini prohibentis ne quis indigne ad Eucharistiam presumat accedere. Hinc orta est consuetudo fidelium confitendi in Quadragesima, vel in Paschate, cum enim teneatur ad dignam Eucharistie susceptionem, confessionem permittere, illam differunt ad Quadragesimam, non quod punitur eo tempore determinato se ad Confessionem obligari, sed ne si alio tempore confiterentur, deberent postea, ratione sacre synaxis, iterum confiteri.

Queres tertio: An Ecclesia obliget ad annuam Confessionem qui habet solum peccata venialia? Respondeo negative, cum S. Thoma hic artic. 3. ad 3. Primo, quia in predicta Concilii Lateranensis Constitutio dicitur: Omnes fideles peccata sua semel in anno confitentur; Sed hoc de venialibus intelligi nequit, quia moraliter loquendo impossibile est, nedum illa omnia confiteri, verum etiam propter eorum multitudinem in memoriam reducere: Ergo hoc preceptum de solis mortalibus est intelligendum.

Secundo: In illo statuto precipitur ut omnia peccata sua Sacerdoti proprio confitentur: Sed peccata venialia non sunt necessario proprio Sacerdoti confitenda, cum ab illis quilibet simplex Sacerdos possit absolvere: Ergo tale preceptum non obligat ad annuam confessionem eum qui solum habet peccata venialia.

Tertio, in dicto capite, Omnis utriusque sexus, gravissima peccata indiget illi qui tale preceptum non implet, nempe ejectio ab Ecclesia, & privato ecclesiastici sepulchro, ut supra diximus: Sed non videtur equum, aut rationi consentaneum, ei qui peccata venialia confiteri recusat postquam deo gravem infligere: Ergo idem quod prius.

Denique, ut supra ostendimus, preceptum Ecclesiasticum de annua confessione, est determinatio precepti divini: Atqui preceptum divinum non obligat nisi ad confitendum mortalia: Ergo nec Ecclesiasticum. Nec refert quod subdit teneatur singularis animo a suis Pastoribus agnoscit, ac proinde etiam si non habeat mortalia, teneatur proprio Sacerdoti suam conscientiam confessionis aperire; nam ut notat D. Thomas loco citato, sufficit quod in tali casu penitens ostendat se Sacerdoti, dicendo se nullam habere conscientiam mortalis.

Queres quarto: utrum quando quis certo sit ut probabilitur timet, quod si modo non confiteatur, forte finem anni non poterit confiteri, quia nimirum navigaturus est in longinquam partem, in qua non habebit copiam Confessarii, teneatur confessionem anticipare, & statim confiteri, antequam annus compleatur?

Respondeo affirmative: duo enim (ut annotavit Canon relect. de pœnit. p. 5.) sunt genera preceptorum, quædam obligant hominem determinate pro aliquo certo & determinato tempore, ut preceptum jejunii, auditionis Missæ, recitationis Officii, &c. Et impletio istorum preceptorum non debet necessario præveniri, licet prævideatur fore impedimentum tempore quo obligant; quia quod cadit sub hujusmodi præceptis, est opus temporis, aut diei determinatio: alia vero sunt præcepta sine aliqua temporis determinatione obligantia, quæ videlicet aliquo tempore indeterminato implenda sunt, quia id quod præcipitur est medium necessarium ad salutem, ut patet in precepto de Baptismo, Communione, &c. Cum ergo preceptum confessionis sit hujusmodi generis, & ejus obligatio oritur ex eo quod confessio sit medium necessarium ad salutem, hinc fit quod in casu postea teneatur penitens tempus anticipare; sicut etiam in eo casu teneatur communicare, priusquam discedat a mari se committat. Hujus enim Sacramenti perceptio non est tempore Paschali præcepta, solum ob venerationem temporis, sed maxime propter Christi præceptum, quo aliquoties in vita, non minus quam precepto confessionis, voluit fidelibus obligari. Unde sicut Ecclesia vagam illam & indeterminatam obligationem, quam sacramentum penitentiae ex precepto divino habebat, suo precepto determinavit ad certum tempus: ita vagam quoque & indeterminatam obligationem, quam Eucharistia ex precepto Christi habe-

bat, ad tempus Paschale determinavit, propter memoriam institutionis hujus Sacramenti, quæ hoc tempore facta fuit a Christo.

Queres quinto, an qui non est confessus intra annum teneatur statim confiteri initio sequentis?

Respondeo affirmative: Quando enim tempus non ponitur ut terminus, quo præceptum exspirat, sed ultra quod differri non debeat executio præcepti, adhuc elapso tempore præceptum obligat; ut quando præfigitur certum tempus debitori ad solvendum, adhuc eo tempore transacto, debitor manet obligatus ad debitum solvendum; quia tempus non fuit illi præfixum ut in eo debitum exspiraret, sed ne ultra illud debiti solutio differretur: At in dicta Constitutione Concilii Lateranensis, tempus anni non ponitur ut terminus quo præceptum exspiraret, sed ultra quod differri non debeat adimpletio præcepti confessionis, ut colligitur ex verbis illis, Ut saltem semel in anno confiteatur, quæ acquiescent illis: Ne ultra annum confiteri differant: Ergo adhuc elapso anno, præceptum illud obligat.

Confirmatur: Finis hujus præcepti est ne tam salubre ac necessarium medium differatur ultra annum: Ergo non adimpletum intra annum, semper obligat, donec impleatur.

Queres sexto, utrum ex vi hujus præcepti penitens teneatur confiteri scripto, vel per interpretem, quando aliter non potest?

Respondeo ipsum teneri quidem confiteri scripto, sed non per interpretem.

Ratio prima partis hujus resolutionis est, quia præcepta Ecclesiæ obligant, quando in eorum impletione non est magna difficultas, nec grave aliquod damnum ex ea provenit: Sed in eo quod penitens scripto confiteatur, nec est gravis difficultas, nec grave damnum inde emergit: Ergo tenetur penitens confiteri scripto, quando aliter non potest.

Quod vero non teneatur confiteri per interpretem, colligitur ex cap. Omnis utriusque sexus, ubi præcipitur, ut omnis fidelis omnia sua peccata solus confiteatur proprio Sacerdoti. Nam per ly solus, aperte excluditur interpretes.

Confirmatur ex Tridentino sess. 14. cap. 5. ubi delimitur non esse Divino vel Ecclesiastico præcepto mandatum, ut delicta sint publica confessione aperienda: At per interpretem delicta fierent aliquo modo publica: Ergo fideles non obligantur confiteri per interpretem, quando aliter non possunt.

Confirmatur amplius: Si scirem Confessarium vel uni tantum, in eum peccatum esse revelaturum, non tenerer illud confiteri: Ergo nec tenor illud confiteri per interpretem: Exspiciendus tamen est articulus mortis: tunc enim tenetur ex præcepto caritatis erga nos ipsos, & aliter non possumus, confiteri per interpretem, humo & coram aliis, etiam cum interpretem, immo & coram eo articulo agatur de æterna animi salute, quæ præponenda est omni temporali bono, non debemus propter amissionem temporalis boni, quæ ex peccatorum confessione sequitur, dubiam reddere eternam nostram salutem.

Queres septimo, an præceptum Ecclesiasticum de annua confessione, impletur per confessionem invalidam, vel saltem per confessionem validam, sed informem, quam posse dari magis communiter docent Theologi, & patet ibi dicendis disputatio sequenti?

Respondeo, hoc præceptum non impleri per confessionem invalidam, bene tamen per confessionem validam, sed informem.

Ratio primæ partis hujus resolutionis evidens est, quidquid in contrarium dicant aliqui novi Casuistæ: Confessio enim invalida, quæ fit illegitimo ministro, potius prohibetur quam præcipiatur ab Ecclesia: Ergo per eam non adimpletur præceptum Ecclesiasticum de annua confessione, sed solum per confessionem validam, seu ministro legitimum factam. Unde in capite, Omnis utriusque sexus, sæpe citato dicitur: Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio Sacerdoti. Ubi per ly proprio Sacerdoti, intelligitur Parochus, vel alius minister legitimus, & ab Episcopo approbatus.

Quod vero per confessionem validam, sed informem, hoc præceptum impletur, sic ostenditur. Tunc impletur præceptum aliquis rei, quando omnia ad effectum rei præcepta requisita adhibentur: Sed per confessionem validam, quamvis informem, adhibentur omnia pertinentia ad confessionem sacramentalem, alioquin non esset valida: Ergo per illam impletur præceptum Ecclesiæ de annua confessione.

Confirmatur: Finis præcepti non cadit sub præcepto. Sed gratia per Sacramentum recipienda, cuius privato reddit Sacramentum informe, est finis præcepti confessionis Sacramentalis: Ergo non cadit sub præcepto.

Confir-

Confirmatur amplius: Penalis potius sunt restringenda, quam amplianda: Sed præceptum confessionis penale est: Ergo non debet ampliari ad actum confessionis formate, sed potius stringi ad actum informis, modo quod essentiam Sacramenti fit valida.

Queres octavo, an aliquando penitens teneatur bis confiteri de iisdem peccatis?

Respondeo ad id teneri in quatuor casibus. Primus est, quando penitens priusquam absolveretur a peccatis, non fuit absolutus ab excommunicatione quam incurrerat. Secundus, quando penitens vovit se facturum confessionem generalem omnium peccatorum quæ prius confessus est. Tertius, quando quis non potest sufficienter explicare malitiam præsentium peccatorum, nisi repetendo peccata aliqua jam manifestata in aliis confessionibus. Quartus, quando urgente precepto, vel gravi necessitate, penitens habens peccata reservata confiteri inferiori Sacerdoti; tunc enim peccata reservata quæ Sacerdoti inferiori, ob integritatem confessionis, declaravit; teneatur iterum superiori cui sunt reservata confiteri, ut communiter docent Theologi; quia a Sacerdote inferiori indigne tantum & per accidens ab illis peccatis absolutus fuerat, & cum obligatione ea confitendi superiori, suo tempore.

Dices, in eo casu penitens non tenetur confiteri Sacerdoti inferiori peccata reservata superiori, cum ab illis absolvere non possit, & confessio ad absolutionem ordinatur.

Sed contra: Etiam si Sacerdos non possit de omnibus absolvere, tamen tenetur penitenti et omnia confiteri, ut quantitatem totius culpe cognoscatur, & de illis de quibus non potest absolvere, ad superiorem remittat, ut ait S. Thom. q. 9. supplem. art. 3. ad 3.

Questio 7. supplementi agit D. Thomas de quidditate confessionis, & in primis ostendit, illam sic recte definiri ab Augustino: Confessio est per quam latens morbus, seu venia aperitur. Deinde demonstrat illam esse actum virtutis, effectus elicitive a penitentia, & non a veritate, ut quidam dicunt. Imperative autem ad multas virtutes pertinere possit. Quæ omnia patet ex dictis disp. a explicando naturam & quidditatem virtutis penitentiae. Unde solum hic explicanda est alia definitio Confessionis, quæ a Theologis communiter traditur, sub hæc verborum serie: Confessio Sacramentalis est legitima, & Sacramentalis accusatio de propriis peccatis, ad eorum remissionem, virtute clavium obtinendam.

Dicitur primo accusatio legitima, id est coram legitimo iudice, quia in hoc convenit confessio cum aliis accusationibus judicialibus. Additur Sacramentalis; quia licet confessio peccatorum extra Sacramentum possit esse actus virtutis penitentiae, si fiat ex motivo ipsius, tamen de ea ut sic non loquimur in præsentibus. Tertio, declaratur propria materia hujus accusationis, dum dicitur de propriis peccatis. Denum explicatur ejus causa finalis, ac proprius illius effectus, nimirum remissio peccatorum obtinenda.

DISPUTATIO IX.

De Ministro Confessionis.

Ad questionem 8. supplementi.

Quia minister hujus Sacramenti aliquo modo ad ejus effectum pertinet: ut enim docent Florentinum, Sacramenta tribus perficiuntur, materia, forma, & intentione Ministris, merito S. Thomas explicata essentia ac definitione confessionis Sacramentalis statim differit de ejus Ministro, de quo etiam in hac disputatio agemus.

ARTICULUS I.

Utrum solus Sacerdos sit minister confessionis Sacramentalis?

Partem negantem tenuit Wiclef, ut refert Thomas Waldensis tom. 2. de Sacramento, cap. 135. asserens enim potestatem absolventi a peccatis, sed non reconciliandi Deo peccatores, tam laicis quam Sacerdotibus communem esse. Idem docuit Lutherus in libro de abroganda Missa. Ut hic error resellatur, & veritas Catholica stabilitur.

Dico breviter, solus Sacerdos est minister confessionis Sacramentalis, unde ille solus potest absolvere a peccatis, & peccatores cum Deo reconciliare. Conclusio est certa de fide, ac definita in Concilio Constantiensi in Bulla Martini V. contra Wiclef, in Florentino in decreto unionis, & in Trident. sess. 14. cap. 6. ubi nullus minister alius nisi sacerdos assignatur. Et can. 10. dicitur Theol. Conet, Tom. V.

solos sacerdotes esse ministros absolutionis, & verba illa. Joan. 20. Quorum remisistis peccata, &c. solis sacerdotibus esse dicta, atque illis solis potestatem remittendi peccata fuisse concessam.

Idem passim docent SS. Patres, præsertim Chryso-stomus lib. 3. de Sacerdotio cap. 5. ubi ait inter alia, Sacerdotes Evangelicos habere potestatem, quam neque habent Angeli, neque Archangeli, neque terreni Principes, quoniam ad hos omnes dictum non est, Quicumque solveritis, &c. Indeque concludit Christianissimus per suam esse debere, ut Sacerdotum curationi sit submittant. Item Ambrosius lib. 1. de penitent. cap. 25. quæ ligandi & solvendi solis Sacerdotibus dicit esse concessam. Idem docet Hieronymus in cap. 16. Matthæi, ubi addit hoc in veteri lege præfiguratum fuisse, quando judicium inter lepram & lepram solis Sacerdotibus reservatum fuit. Et Leo Magnus Episcopus ait Theodorum, ait indulgentiam Dei, nisi supplicationibus Sacerdotum obtineri non posse. Loquitur autem de confessione & absolutione Sacramentali, ut ex contextu manifestum est. Augustinus vel Auctor libri de vera & falsa penitentia, de peccatore loquens: Reprobatæ (inquit) vitam suam Deo per Sacerdotem, præsentis iudicium Dei per confessionem. Denum Tertullianus lib. de penitent. cap. 9. testatur penitentes sui temporis, non tantum lachrymari & ingemiscere solitos, sed & Presbyteris absolute & auctoritate dei adjuvari.

Addo cum D. Thoma hic art. 1. conveniens fuisse, ut illi soli haberent potestatem in Corpus Christi mysticum, qui potestatem habent in Corpus Christi verum, quales sunt soli Sacerdotes, unde in nullis aliteris ministris consecratione dicitur: Accipe Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittantur eis. Item Sacramentum penitentiae se habet per modum iudicii, unde absolutio a peccatis est actus judicialis: Sed non est conveniens quod in republica bene ordinata, qualis est Ecclesia, omnes sint iudices; cum multa requiratur actus judicialis, quæ non facile possunt in quolibet reperiri, ut scientiam, prudentiam, justitiæ zelum, &c. Ergo nec quod omnes sint confessionis Sacramentalis ministri.

Obijcies primo: Jacobi 5. dicitur: Confitemini alterutrum peccata vestra, quod de confessione quæ fit in Sacramento penitentiae, intelligit Augustinus lib. 50. homiliarum, homil. 12. ubi fit ait: In omnibus Scripturis divinis nulliter ac salubriter admonemur, ut peccata nostra debeamus iugiter & humiliter, non solum Deo, sed etiam Sanctis & Deum rimentibus confiteri; sic enim per Jacobum Apostolum nos admonet Spiritus Sanctus: Confitemini alterutrum peccata vestra, &c. Ergo licitum est cuiuslibet, etiam laico, confiteri Sacramentaliter, subindeque solus Sacerdos non est minister confessionis Sacramentalis.

Respondeo sensum horum verborum esse, quod homines habent confiteri non solum Deo, sed etiam hominibus, non quibuscumque, sed habentibus potestatem absolventi, ac proinde solis Sacerdotibus. Unde ibi venerabilis Beda: In hac sententia (inquit) illa debet esse discretio ne quotidiana levissime peccata, cujuslibet alterutrum confitemur; porro gravioris lepræ immunditiam Sacerdoti pandamus, neque ad ejus arbitrium, qualiter, & quanto tempore jussit, purificari curemur. Alludit ad legem lepræ, quæ leprosum jubebat ostendere se Sacerdoti, ut eam judicare ac discernere posset.

Obijcies secundo: cap. Fures, extra de furtis, sic habetur: Fures & latrones, si in furando & depradando occiduntur, visum est pro eis non esse orandum. Sed si comprehensi, aut vulnerati, Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, Communionem non negamus: Ergo Diaconus potest esse minister confessionis Sacramentalis. Unde Cyprianus episcopus 13. de lapsis hæc habet: Si incommoda aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata presentia nostra, apud Presbyterum quemcumque presentem, vel si Presbyter reperitus non fuerit, & urgente exitu ceperit, apud Diaconum quoque exomologesim facere delicti sui possunt. Item in Concilio Tolosano 1. can. 2. prohibetur ne Diaconi qui ex penitentibus ordinati sunt, manus imponant, id est ne penitentes a peccatis absolvant. Ex quo non obscure colligitur, Diaconis potestatem remittendi peccata committi solitam.

Ad primum respondeo primo mendam esse in textu, & legendum esse loco istarum vocum, Presbytero vel Diacono, Presbytero & Deo, prout habetur in Canone 31. Concilii Tridentensis, ex quo caput istud Fures desumptum notatur. Sic enim habetur in hoc Concilio: Si autem ille fur, vel latro vulneratus elabatur, & expectatione mortis desperatus putatur, neque reconciliari se mysteriis sacræ Eucharistiæ, habitu corporis, & voluntate pia mentis depræcurat, Deoque & Sacerdoti, commite vitam, emendationem morum & ætæternam confiteatur, Communionem gratiam non negamus tribuendam.

Respondeo secundo, quod etfi legatur vel Diacono, nihil contra nos, quia hoc non debet intelligi, de confessione & absolutione Sacramentali, sed de canonica reconciliatio-



necessaria in Sacerdote, ad hoc ut remittat peccata, & ab illis sacramentaliter absolvat, sed ad id sufficit potestas ordinis, que physica & realis est.

24. Respondeo, quod licet ad effectum physicum modo præcise physico causandum, non requiratur aliquid morale, bene tamen ad effectum physicum, non tantummodo physico, sed etiam morali producendum: remissio autem peccatorum mediante gratia in Sacramento penitentia, non tantum physice, sed etiam moraliter causatur, quia causatur modo judiciali, qui est moralis.

25. Obijcies quinto contra secundam conclusionem: Nullus est Sacerdos cui in sua ordinatione non detur potestas absolvendi a peccatis, in ordinatione enim sacerdotali Episcopus in persona Christi proferit verba illa *Joan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis, &c.* quibus & non aliis Christus contulit Apostolis integram potestatem jurisdictionis in foro interiori: Ergo potestas jurisdictionis, nihil importat præter potestatem ordinis, sive characterem.

26. Respondeo Sacerdotes, ex vi suæ ordinationis, & illorum verborum, *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* recipere potestatem absolvendi a peccatis, non moralem, in qua consistit potestas jurisdictionis; sed physicam, in qua consistit potestas ordinis. Ad probationem in contrarium dico, quod licet Apostoli simul cum ordinatione Sacerdotali & Episcopali, jurisdictionem universalem in Christianos omnes acceperint, eam tamen non receperunt ex vi talis ordinationis, nec ex vi illorum verborum, *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* sed ex speciali privilegio ratione necessitatis, & Apostolica dignitatis, illis concessio, subindeque nec simplicibus Sacerdotibus, nec ipsis etiam Episcopis communicato; nam Episcopi mere titulares alius loci in quo nullas Christianas existit, sicut nullos habent subditos, ita nec ullam jurisdictionem, que sine subditis esse non potest. Et idem est de Episcopis illis qui absolute privantur suo Episcopatu, aut cum summi Pontificis venia, illi remanent; hi enim omnes sunt quidem Episcopi quoad characterem, & potestatem ordinis, tamen careant jurisdictione, quam vel noudum acceperunt, vel ea spoliati sunt.

27. Instabis: Sacerdotes ex vi illorum verborum, *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, &c.* constituuntur iudices, subindeque potestatem judicariam recipiunt: Sed potestas judicaria est potestas moralis & non physica: Ergo ex vi illorum verborum Sacerdotes recipiunt potestatem moralem absolvendi a peccatis, ac proinde ipsam jurisdictionem.

28. Confirmatur: Potestas physica ad absolvendum a peccatis, consistit in charactere sacerdotali: Sed antequam Episcopus proferat illa verba, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* Sacerdos characterem sacerdotalem insignitus est: Ergo antequam illa verba proferat, habet potestatem physicam ad absolvendum a peccatis, subindeque ex vi horum verborum non recipit potestatem physicam ad absolvendum a peccatis, sed dumtaxat potestatem moralem, que est ipsa potestas jurisdictionis.

29. Ad instantiam respondeo, Sacerdotes ex vi illorum verborum constitui iudices aptitudine, quatenus accipiant potestatem ordinis, ratione cuius deputantur tanquam apti ad ferendam sententiam, constituuntur autem actu iudices quando actu ipsis conferuntur subditii, quia tunc primo habent jus ad ferendam sententiam.

30. Ad confirmationem dico, potestatem physicam ad absolvendum, non consistere in charactere sacerdotali, sed in quodam modo reali & intrinseco majoris perfectionis & extensionis ipsius, ratione cuius character est potentia physica non tantum supra corpus Christi reale ad consecrandum ipsum, sed etiam supra corpus mysticum sive supra fideles penitentes ad physice causandum in Sacramento penitentia eorum sanctificationem per gratiam, licet autem antequam Episcopus in consecratione Sacerdotum proferat hæc verba, *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* jam sint characterem sacerdotalem insigniti secundum quod character importat præcise potentiam physicam supra corpus Christi naturalem, non tamen secundum quod, ratione prædicti modi, est insuper potentia physica supra corpus morale & mysticum, illum enim modum recipit solum in prolatione illorum verborum: *Accipite Spiritum Sanctum, &c.*

31. Obijcies sexto: Initio nascentis Ecclesie omnes Sacerdotes poterant quovisque penitentes voluntarie se submittentes, a quibuscumque peccatis absolvere: Ergo quilibet Sacerdos habebat jurisdictionem ex vi suæ ordinationis. Consequentia videtur legitima, Antecedens vero probat Navarrus ex cap. *Placuit*, de penis. distinct. 6. in quo Urbanus II. qui floruit circa annum 1100. prohibet ne deinceps ulli Sacerdoti liceat, quemlibet alteri Sacerdoti commissum, ad penitentiam recipere, sine ejus consensu, cui prius se commisit. Nam dictio *Deinceps* (inquit) & similes, denotant constitutiones in quibus penamur, præterita non comprehendere, subindeque autem

illam constitutionem Urbani II. consuevisse fideles alteri quam proprio Sacerdoti confiteri.

Respondeo primo, negando Antecedens, nam longo tempore ante Urbanum II. non licebat fidelibus alteri quam proprio Sacerdoti confiteri, ut colligitur ex Epistola a. decretali Calixti I. que habetur in Decreto Gratiani 9. quest. 2. can. 1. ubi sic dicitur: *Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum judicare præsumat, quia talis sententia irrita erit, nec illas vires habeat.* Unde particula illa *deinceps*, qua Urbanus II. in sua constitutione usus est, non significat antea fuisse licitum confiteri cuilibet Sacerdoti, sed est confirmatio prohibitionis antiq. hæc, saps enim solent confirmari ordinationes antea factæ, vel ut habeant majorem vim, vel quia antiquæ incipiunt a plerisque negligi, & in desertum abire.

Respondeo secundo, dato Antecedente, negando Consequentiam, nam quamvis initio nascentis Ecclesie, usque ad tempora Urbani II. fuisset illa consuetudo, ut quilibet Sacerdos quovisquem penitentes absolventem, habuissent tunc Sacerdotes potestatem jurisdictionis absolvendi quoslibet, non præcise vi suæ ordinationis, sed ex concessione Ecclesie illi volentis, sicut nunc vult ut Sacerdos quilibet possit quemlibet in articulo mortis existentem ab omnibus peccatis absolvere, immo & quemlibet alium a peccatis venialibus, & mortalibus alias confessis ut in solutione secundæ objectionis declaravimus.

§. III.

Corollaria notata digna.

EX dictis inferes primo, potestatem jurisdictionis in foro penitentiali esse quid morale, nimirum deputationem legitimam ad exercendum officium Confessoris, absolvendo a peccatis modo judiciali: sicut potestas jurisdictionis in foro externo, consistit solum in deputatione legitima ad exercendum officium judicis, sive ad absolvendum seu damnandum modo judiciali. Hoc tamen inferes has duas potestates discernere intercedit, quod potestas jurisdictionis in foro externo, non præsupponit necessario aliam potestatem physicam, que fit sacramentum illius, nihil enim physicum habet iudex in foro externo, ratione suæ dignitatis, quod non habeant vel habere possint ceteri cives dignitate judiciali delituti: e contra vero potestas jurisdictionis in foro penitentiali, necessario supponit aliquam potentiam physicam ordinis supernaturalis, nimirum characterem sacerdotalem, cum modo reali & intrinseco extensionis supra corpus Christi mysticum, ut supra diximus, unde carens characterem Sacerdotali, non possunt ab Ecclesia deputari ad exercendum officium Confessoris, & absolvendum a peccatis, modo judiciali.

Inferes secundo, potestatem jurisdictionis in foro penitentiali duplicem esse, sicut in aliis judiciis, ordinariam nimirum, sive ex officio, & delegatam, sive ex commissione. Ordinaria dicitur illa quam quis habet ex vi proprii munus & officii, qualis est ea quam habet Summus Pontifex in omnes fideles, Episcopi in sua diocesi, Parochi intra limites sue parochie, & prelati Religionum in suos subditos; illi enim omnes ex officio sunt pallotes animarum. Delegata vero ea dicitur, quam quis habet non ex officio, sed tantum ex commissione alterius qui habet jurisdictionem ordinariam.

Inferes tertio, potestatem jurisdictionis in multis differre a potestate ordinis. Primo quia potestas ordinis consistit cuilibet Sacerdoti, per sacram ordinationem; potestas vero jurisdictionis per deputationem legitimam ad exercendum officium Confessoris, & absolvendum a peccatis. Secundo, quia Sacerdotes omnes in potestate ordinis æquales sunt, non vero in potestate jurisdictionis: Tertio, potestas ordinis invariabilis est ac indelebilis; secus vero potestas jurisdictionis, que potest augeri vel minui, immo & totaliter auferri, etiam in Summo Pontifice, qui licet suam jurisdictionem supremam & simplicissimam immediate a Deo habeat, potest tamen si velit illi renuntiare, ut a Celestino IV. factum est. Demum potestas ordinis non potest delegari, bene tamen potestas jurisdictionis.

Quæres, ad complementum hujus disputationis, an approbatio Episcopi sit conditio necessario requisita, ad hoc ut Sacerdos in foro penitentiali habeat jurisdictionem, & valide a peccatis absolvere possit?

Respondeo affirmative, quamvis enim jure antiquo illa non esset necessaria, sed sola superiorum licentia sufficeret, jure tamen novo, in Concilio Tridentino edito, illa necessario requiritur, nam sels. 23. c. 15. de reform. sic habetur: *Decretis sanctæ Synodus, nullum eorum regularium, posse confessiones secularium, etiam sacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, se illis adhibere esse necessarium, aut alias idoneum judicetur, approbationem, qua*

gratis detur, obtineat; privilegii & consuetudine quantumque, etiam immemorabili, non obstantibus. Ubi duo modi approbationis assignantur: alter per collationem Parochialis beneficii, alter per examen Episcopi, si illis videatur esse necessarium. Prior modus antiquus est, posterior novus, & a Concilio introductus. Sicut ergo idem Concilium sels. 24. cap. 1. de reform. statuit ad validitatem matrimonii requiri presentiam Parochi cum duobus vel tribus testibus, que tamen antea non requirebatur: ita decrevit ad validitatem Sacramenti penitentia, requiri necessarium in ministro approbationem Episcopi, que antea requisita non erat. Unde sicut post Tridentinum, matrimonium clandestinum invalidum est, ita & absolutio data a Sacerdote ab Episcopo non approbato. Quare penitens, etiam si bona fide confiteatur Sacerdoti ab Episcopo non approbato, tenebitur iterum confiteri approbato, cum primum id noverit: atque ita ferunt declarasse Congregationem Cardinalium, qui auctoritatem habent explicandi Concilium.

32. Ex his inferes primo, eos qui obtinent parochiale beneficium, id est cui animarum cura annexa est, non egerit Episcopi approbatione, ut possint audire confessiones, quia Concilium illos excepit, his verbis: *Nisi aut parochiale beneficium obtineat.*

33. Inferes secundo, Episcopos, vel Abbates Episcopalem, vel quasi Episcopalem jurisdictionem habentes, non egerit approbatione, cum sit eadem vel potior ratio de his ac de Parochis; bene tamen superiores Religionum, cum hi nullo modo examinantur a Concilio. Idem dicendum de publicis Theologia Doctoribus, ut anno 1571. definiuit Pius V. qui tamen vetat eos sine prævio examine approbandos esse, ut refert Henricus lib. 6. de Sacram. cap. 6. Aliqui tamen existimant eos ab illa lege excipi, eo ducti argumento, quod approbatio publica Academia supplet approbationem Episcopi. Sed standum est declarationi Pontificis.

40. Inferes tertio, non posse Parochos deputate ad audiendas suorum Parochianorum confessiones, eum qui neque est approbatus ab Episcopo, neque parochiale beneficium obtinet; ille enim a Concilio non reputatur idoneus hujus Sacramenti minister.

41. Inferes quarto, Episcopum non posse sibi eligere in Confessarium Sacerdotem sibi non subditum, a proprio Ordinario non approbatum, ut determinavit Congregatio Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, circa c. 15. sels. 23. Verba ejus sunt S. D. N. *audita relatione Congregationis, declaravit Episcopum videri privilegii de quo in cap. su. de penis. & remissio, non posse sibi eligere Sacerdotem sibi non subditum, qui a proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam hujus decreti (Tridentini Concilii) admittus, seu approbatus, ad audiendas confessiones.*

42. Inferes quinto, ad audiendas Confessiones Regularium, non esse necessarium habere Episcopi approbationem, quia Concilium limitat suum decretum ad eos qui audiunt Confessiones secularium, his verbis: *Nullus etiam Regularis, posse confessiones secularium, etiam sacerdotum, audire.* Unde non tenentur Superiores Religionum, cum Confessoribus assignant suis subditis, eos Episcopo presentare, ut ab eo approbentur. Ex quo.

43. Inferes sexto, quod quando Superior concedit subdito licentiam eligendi sibi Confessorem in itinere, potest sibi eligere quemcumque, etiam ab Ordinario non approbatum: nam hoc ipso quod licentia non limitatur, censetur concessa in sua amplitudine.

44. Inferes septimo, ad audiendas Confessiones non sufficere approbationem, positam ab Episcopo, & ab illo injuste negatam. Concilium enim requirit, ut Confessarius sit approbatus. Quod etiam declarat plures Summi Pontifices, præsertim Innocentius V. in Brevis Apostolico in causa Palafoxii Episcopi Angelopolitani, & Jesuitarum Provincie Mexicana; Alexander VII. in Brevis ad Episcopum Andegavensem; & Clemens XI. in Bulla data anno 1670. sic incipiente: *Superna magis Patrisfamilias præordinatione.* At ille non est approbatus qui tantum petit & non obtinet approbationem, sive iuste negetur, sive iniuste: Ergo non potest audire Confessiones. Unde inter propositiones a prelo Alexandro VII. damnatas die 24. Septembris anni 1665. hæc est decimatergia: *Satisfacis præcepto annua Confessionis, qui confiteatur regulari, Episcopo presentate, sed ab eo injure reprobat.*

45. Quæres secundo, utrum ministrans Sacramentum cum jurisdictione tantum probabili, valide absolvat?

46. Respondeo validam esse absolutionem, si Sacramentum ministrat in casu necessitatis. Licet enim in materia & forma Sacramentorum non liceat sequi opinionem probabilem, bene tamen in jurisdictione. Ratio est, quia in primo casu exponit quis se periculo faciendi Sacramentum nullum, non autem in secundo, cum enim materia & forma Sacramentorum, non dependeat ab Ecclesia & consensu ejus, sed ab institutione Christi, Ecclesia non potest, etiam in casu necessitatis, illarum defectum supplet: e contra vero, cum jurisdictionis ab Ecclesia pen-

DISPUTATIO X.

De qualitate & integritate Confessionis.

Ad quæst. 9. supplementi.

Elebris est hæc disputatio, in ea siquidem plures agitari solent graves difficultates, & controversiæ, sequentibus articulis discutienda & resolvenda.

ARTICULUS I.

An, & in quibus casibus confessio possit esse informis, & tamen valida?

§. I.

Quibusdam præmissis referuntur sententia.

Notandum primo, hic nos non loqui de informitate que proveniat ex defectu forme Sacramentalis; sed de ea que provenit ex defectu gratia, & remissionis peccatorum. Unde nomine Confessionis informis, sed tamen valide, intelligimus eam que caret effectu ob quem fit, videlicet gratia & peccatorum remissione, per quam tamen conficitur verum penitentia Sacramentum, adveniente forma absolutio. Ratio autem hujus denominationis est, quia cum ultima forma Sacramenti penitentia veluti extrinseca, sit gratia, que significatur & causatur virtute ipsius, si detur Confessio Sacramentalis, que non obstante suo valore cum forma absolutio non producat gratiam, dicitur informis; sicut e contra quando illam producat, vocatur formata.

Notandum secundo, quod quamvis facile concipi possit, alia Sacramenta posse esse valida, & tamen informia, quia possunt habere omnia que ad eorum substantiam requiruntur, materiam scilicet, & formam, atque intentionem ministri, nihilominus ob indispotionem subiecti non causare in eo gratiam sanctificantem; difficile tamen concipitur quod Sacramentum penitentia possit esse informe, & tamen validum, non enim est par ratio de Sacramento penitentia, ac de aliis, quia in nullo alio contritio ipsa vel attritio, que est dispositio ad gratiam & removet obicem, est essentialis pars Sacramenti: Secus autem in illo quod idcirco non videtur posse confici, quin recipiatur a subiecto dispositio ad gratiam, & consequenter nisi in illo fortitatur effectum. Unde plures Theologi hoc fundamento ducti, existimant in nullo casu posse contingere, quod Confessio Sacramentalis sit valida, & nihilominus sit informis, seu careat effectu ob quem fit, videlicet gratia & peccatorum remissione. Ita Gabriel Major, Adrianus Vega, & Sylvius, quos ex Patribus Societatis sequuntur Valquez, Conink, Amicus, & Martinus Thomiste vero, Suarez, & alii, e contra docent posse dari Confessionem validam, licet informem, differunt tamen in assignandis & determinandis casibus in quibus hoc accidat. Illi vero casus de quibus est controversia, ad tres præcipue reduci possunt.

Primus est quando contingit aliquem facere Confessionem non integram, defectu sufficientis examinis, quod tamen penitens credit esse sufficiens ex ignorantia invincibili, vel etiam vincibili, quamvis non crassa & affectata; si enim ex tali ignorantia affectata ignoraret esse insufficientem, concedunt omnes, Confessionem fore formaliter non integram, subindeque Sacramentum nullum; quia quando ignorantia est affectata vel crassa, ita se habet homo ac si sciret se commississe peccata de quibus non recordatur, & consequenter ac si ea sciens & volens non confiteretur.

Secundus est, quando penitens habet attritionem excludentem quidem formale propositum peccandi amplius, non tamen virtuale per implicitam quandam & segretam peccandi voluntatem. Licet quia mentitur iniquitas sibi, ipsi penitens id non cogitat.

Tertius est, quando attritio non est generalis, atque adeo non se extendit ad peccata ex oblivione naturali & inculpabili penitentis in Confessione omittit, verbi gratia, quando quis habens quatuor peccata lethalia, perjurium, furtum, adulterium, & homicidium, solum tria posteriora declarat in Confessione, & de ipsis habet attritionem supernaturallem ex motivo particularis deformitatis eorum; quartum vero ex oblivione naturali & inculpabili